

Vincula Pauli altissime adumbrant. D. Chryso. 82. Philip. pent. 1.

Vincula Pauli gloria resurrectione.

D. Chryso. 83. Ad Phil.

Vincula Pauli fortissima ad imperandum. D. Chryso. 84. Ansel.

Christi, ut eleganter ponderat d. Chryso. homil. 8 ad Ephesubi sic ait, Vide naturam vinculorum vincula solventium. Nam quemadmodum mortem interemittit mors Domini, ita ligatos solverunt vincula Pauli carceremque concusserunt, januas illius aperuerunt.

Cum Paulus esset vinculis ligatus Romæ scribit ad Philipp. 1. n. 13. Scire vos autem volo fratres, quia quæ circa me sunt magis ad profectum venerunt Evangelii, ita ut vincula mea manifesta fierent in Christo. Et in quo ejus vincula manifesta sunt ad profectum Evangelii, ipse statim expleat, dicens, Pueri de fratribus in Domino confidentes in vinculis meis abundantius audirent sine timore verbum Dei loqui, Paulus multa edidit miracula, mortuos suscitavit, infirmos sanavit, Dæmones expulit, quibus magnam gentium multitudinem ad fidem convertit. At vero Plures de fratribus in Domino confidentes in vinculis meis, Videntes meam constantiam, patientiam, libertatem cum fructu meæ orationis confidentiam, ac animos resumpserant, seu ut legit Vatablus, Fretis vinculis meis, ut sine ullo timore prædicarent. Verbum dei. Pulchre d. Chryso. hom. 5. in Job inquit, Vides vinculorum fortitudinem magis quam resurrectione mortuorum esse gloriosam.

Scribit Paulus ad suam discipulum Philemonem cujus servus Onesimus factus quodam furto fugies Romam incidit in Paulum, qui erat in vinculis, à quo cum esset baptizatus, ei dat paulus hanc epist. ad Philemonem, ut servum in suam gratiam recipiat condonato furto, & ut hoc ei persuaderet, atque ad pristinam illum conciliaret amicitiam, multa poterat Apostolus in medium adducere, nullo tamen alio titulo suas preces adornat, nisi suis vinculis vers. 1. Paulus vinculis Jesu Christi & iterum n. 9. Obsecro ut Paulus senex nunc, & vinculis Jesu, quater de suis vinculis mentionem facit n. 10 & 13, ut Philemonem flectat, & ut postulat annuatim sed tantum ei objicit suos labores, ac vincula Jesu. d. Chryso. ibi homil. 2. inquit, Quod omnibus iustis, potentiusque persuadet, quoniam vinculis Jesu eg, valent enim preces alumna patientia D. Anselm. Rogatus pro Onesimo talis rogare debui, qui postea imitari merito suorum cruciatuum Philemonem ad misericordiam flectere.

Act. 16. n. 27. Expergefactus autem custos carceris, & videns januas apertas carceris, evaginato gladio volebat se interficere, existimans fugisse victos.

Versiones. CUM EXPOSITIONE VI. Usque ad Vers. 34.

84. Syriac. Arabic.

Æthiop. Lyran. Carthuf.

85. Ocum. 1. Cor. 1.

86. Ver. 29.

Syriac. Pagnin.

Vers. 27. Expergefactus, seu ut habet Syriac. Excitatus à somno ingenti terræmotu, Evaginato gladio volebat se ipsum interimere. Arab. Animo perimendi se ipsum. Æthiop. Transfigere se ob devinctos fugatos, ne aliqua infami morte puniretur, ut notant Lyran. & Carthuf. Volebat se ipsum interficere, ut Barbarus nondum in lege Christi renatus. Ocumen, existimat hunc carceris custodem esse Stephanum in cujus domo se Paulus baptizatum dicit 1. Cor. n. 16, quam inter primas Achaia commemorat Ibid. cap. ult. n. 15. Sed his adversatur, quod hæc gesta sunt Philippis in Macedonia, non in Achaia.

Vers. 28. Clamavit Paulus, sciens per Spiritum S. quod ipse intentabat se ipsum interimere. Vers. 29. Petitque lumine, erat namque media nocte, Ingressus. Syriac. Pagnin. Prostratus ob magnam sollicitudinem sui muneris, an adessent omnes victi.

Procidit Paulo, & Sila ad pedes. Arabic. Adorans, eorum divinam virtutem recognoscens, tum quia poterant effugere, & noluerunt; tum quia Paulus eum avertit à tanto malo ne se ipsum interficeret cognovit etiam per internam motionem terræmotum factum ob paulum, & Silam.

Vers. 30. Producent eos foras Clarius, Arabicus. Educens eos extra carcerem. Ecce conversio, & illuminatio custodis propter terræmotum, & alias virtutes pauli, ac Silæ, & statim eos venerans educit extra carcerem judicans tantos viros indignos esse carcere, & vinculis, indeque ab eis postulat, ut illuminetur in via salutis, animæ suæ.

Vers. 31. Crede in Dominum Jesum, quia hoc est præcipuum caput nostræ fidei, à quo cetera credenda dimanant, & ei objicit nomen Jesu, ut virtute hujus sanctissimi nominis magis illuminaretur.

Vers. 32. Et loquati sunt ei verbum. Eos catechizando, & in Mysteriis fidei intruendo. Vers. 33. Lavit plagas eorum. Syriac. Lavit vibices eorum, quos contraxerant ex verberibus inflictis. Et baptizatus est ipse, & omnis domus ejus continuo, inquit Chryso. & omnes, qui ad eum pertinebant, ad exemplum capitis membra componuntur.

Vers. 34. Apposuit eis mensam. Nam tota præterita die nihil manducaverant, & erant jejuni; tot & tantis obsequiis voluit bonus homo ostendere suam gratitudinem erga Apostolos ob tot beneficia accepta, quia ipsum, & totam ejus familiam illuminavit. Latatus est. Dona cælestia hoc secum afferat. Latatus justus in Domino, & consistunt memoria sanctificationis ejus. Plal. 97. n. 22.

QUÆSTIO XII.

Quare cum janua Carceris sint aperta, Paulus tamen, & Silas non egrediuntur?

Bene agnoverant paulus, & Silas, quod facto terræmotu propter ipsos janua carceris aperta erant, cur adhuc permanent in carcere? O vigens, & magna pauli Charitas! prævidebat enim quod si ipse cum suo socio exiret, custos carceris evaginato gladio se ipsum interfecurus esset, ut intendit supra vers. 27. & Baptismi lavaçum, cum sua familia non esset suscepturus, & pro illius spirituali, ac corporali salute eligit paulus squalores atque angustias Carceris, ne deficeret in charitate.

Secunda ratio literalis est, paulus, & Silas non exeunt, ut pote qui voluerunt, ut Magistratus veniret ipsos, à carcere solveret eorum innocentiam injustamque comprehensionem testificans, ut patet infra vers. 37. & 38. dixerunt Apostoli ipsi scilicet Magistratui, Veniant, & ipsi nos ejiciant, ne ex tali comprehensione aliqua labis nota contra Evangelicam prædicationem contraheretur.

Tertio; & maxime notandū, quod tam tres pueri in fornace Babylonica, quam paulus, & Silas in præsentem non egrediuntur de camino ignis, ac carcere, nisi iusti, ac vocati. ut præclare advertit D. Chryso. hom. 8. in epist. ad ephesubi sic ait, Quemadmodum itaq; carcer Paulus non egrediebatur, etiam si potuisset, donec qui illum conjecerat ipsum evocaret, & educeretur. Ita hi tres pueri caminum egressi non sunt donec qui iniecerat egredi quoque jussisset, quid hic dicemus? Videlicet in actionibus laborari festinemus. Expede ultima verba, nec paulus, nec tres pueri exeunt, cū carcer esset apertus paulo & Silæ in magnum nostrum documentum, quod nulla in dultria ac præxtu intendas te expedire à laboribus, ac periculis, quæ pro Deo tibi contingunt, expecta quia longanimis Deus illis dabit finem.

Ait

Mal. 12. 94.

Laboris justorum suam habent, & bene. Rupert.

95. Apoc. 17. Rupert.

96. Job. 1.

Menus divina sanat, non vulnerat. d. Ambros.

97. Arabic.

Syriac. Alii qui Codices.

98. Arabic.

Marc. 5.

Ait Regius Vates Psalm. 124. n. 3. Non relinquet Dominus virum peccatorum super sortem justorum, ut non extendant iusti ad iniquitatem manus suas. Dicitur quod Dominus sua alta providentia non permittet, nec relinquet iustos vexari à tyrannis sua crudeli virga? sed pro modo hoc dicitur, cum videamus multoties iustos dire, ac inhumaniter à peccatoribus molestari atque affligi, recte tamen adverte; non dicitur quod non erit virga, sed non relinquetur virga afflictionis, sed si obverit: non diu permanebit, sed cito transibit, & evanescet, ut deprecanti non sit necessarium extendere manus pro earum extinctione, sed deus ut optimus pater cito occurrat, & auferat omnem tribulationem, & languorem Rupertus. lib. 7. de gloria, & honore filii hominis ait, Quid est non relinquet, nisi diu durare non permittet? Recordamini primum, ac novissimum, quicumque virgam suam, id est potentiam suam eleverunt super sortem justorum ad affligendos eos, qui a vitam æternam prædestinati sum non diu durarunt. Nolite timere, quia non tandiu durabit virga hæc, ut necessaria extendat iusti, quasi auxilio destituti ad iniquitatem manuum suarum, sed cito frangeatur, & in ignem mittetur, ut ardeat.

De execrabili, ac abominabili Antichristo dicitur Apoc. 27. n. 10. Cum venerit oportet illum breve tempus munere. Ad quæ verba merito ait Rupertus lib. 10. in apoc. Terret nos magnitudine adversitatis, & reseret de brevitate temporis. Si mala, temporalia irruunt in iustos magnū est levamen, quod in multum tēpus non perflit, sed breviter transibit. Satanas vehementer omni conatu intendens perdere ob. 2. n. 5. Dicebat ad Dominum. Mitte manum tuam, & tange os ejus, & carnem, & tunc videbis, quid in faciem benedicat tibi. Sua se malitia dicitur Satanas, ac stultitiam indicat in eo quod petit, quod Job manu Dei afficiatur, quid stultius, manus secum importat omne levamen, bonum ac consolationem d. Ambros. in pl. 36. ait, Diabolo suo sermone deceptus est, qui dixit, Mitte manum tuam in eum, & videamus si in faciem te non benedicat? Misit dominus manum suam, & confirmatus est Job cepit benedicere, qui maledicere credebatur, sanat enim iustos cum tangit manus divina non vulnerat.

Act. 16. n. 35. Et cum dies factus esset miserunt Magistratus lictores dicentes, dimitte homines illos.

Versiones. CUM EXPOSITIONE II. à Vers. 5. Usque ad 12.

Vers. 35. Cum dies factus esset, ut habet Arabic. Cum illuxisset Dies. Conveniens Magistratus maturo consilio rejicientes, & retractantes præcipuam sententiam, tum quia fuerat sine ullo fundamento contra homines beneficos expellentes dæmones ab urbe, tum quia erant perterriti terræmotu facto, vel fama volante de his, quæ gesta erant in carcere. Miserunt lictores. Syriac. Miserunt eos, qui fascès ferebant. Aliqui Codices apud Lorinum sic habent, Convenerunt Magistratus in idipsum in forum sive consilium, & memores terræmotum factum tremuerunt, ac miserunt lictores.

Vers. 36. Nuntiavit Custos. Arabic. Quod misissent duces ad dimissionem vestram. Et dixit custos Carceris, Ite in pace, quæ erat quædam salutationis forma valde communis apud hæbreos, quæ etiam usus est Christus D. frequenter, Marc. 5. num. 34.

Luc. 7. n. 50 & c. 8. n. 48. Marth. 8. n. 13. Joan. 4. n. 50. Luc. 7. Marth. 8. Joan. 4. 99. Syriac. Arab. Noxa expertes, Æthiop. Non habentes nos crimen.

Indamnatos d. Chryso. Indicta causa Homines Romanos, quos flagellare magnum crimen erat legibus id prohibentibus, scilicet Publicola, Porcia Sempronia, unde ait Cicero Act. 7. in Verrem, Facinus est vinciri Civem Romanum, scelus verberari. Unde merito deposcit. n. paulus, ut publicam, & injustam ignominiam detegant publica, & justa retractione; hoc facit Paulus non propter se, sed propter deum, ac Evangelium, ne ad adversarii aliqua infamiae nota spargeretur, & ita non vult de carcere, exire Et cur ante flagellationem non allegavit se esse Civem Romanum, ut postea fecit, quia fortassis tunc ita erant ira, ac indignatione obcecati, ut nullius essent rationis capaces.

Vers. 38. Et ipsi nos ejiciant. Postquam paulus cum suo socio comedit in domo custodis carceris cum ipso redierunt ad carcerem à quo noluerunt exire, nisi ut ipse Magistratus veniret, exhibenque testimonium de eorum innocentia eos solveret.

Timuerunt audire, quod Romani essent. Sibi consulentes timuerunt, ne pœnas solverent ob manus in Cives Romanos injectas contra eorum jus, & immunitates; & unde crediderunt eos Cives Romanos esse; forte aderant aliqui, qui Paulum agnovissent, vel eorum probitas, virtus, ac modestia loquendi faciebatur eorum verba satis credibilia, & vera.

Vers. 39. Ecce sublimis, & alta virtutis excellentia, ut faciat suos iudices sibi humiliari, & valde submisit veniam deprecans, ut notant Carthuf. & Ganæus. Addit D. Chryso. Quod accedentes ad carcerem rogaverunt eos, ut egredierentur dicentes, ignoravimus statum vestrum, quod estis iusti, eductes rogaverunt eos dicentes ex hac Civitate egredimini, ac sorte rursus convertantur in vos, & vociferentur contra vos.

Vers. 40. Introierunt ad Lydiam purpuratam, de qua supra vers. 14. Vitis fratribus Timotheo, scilicet ac luca, ac aliis forte, & consolati sunt eos sua presentia at multis mirabilibus, terre motu, & multis, quæ facta sunt circa eos Chryso. ac alii legunt Exhortati sunt eos, ut fortiter agerent pro Evangelio ne timeret pericula, & contrarietates, quia deus eos liberabit sicut ipsos custodivit, & salvos fecit.

CAPUT XVII.

- 1. Cum autem perambulassent Amphipolim, & Apolloniam, venerunt Thessalonicam, ubi erat Synagoga Judæorum,
2. Secundum consuetudinem autem Paulus introivit ad eos, & per Sabbatharia diserebat eis de Scripturis.
3. Adaperiens, & insinuans, quia Christum oportuit pati, & resurgere a mortuis, & quia hic est Jesus Christus, quem ego annuntio vobis.
4. Et quidam ex eis crediderunt, & adjamti sunt Paulo, & Sila, & de colentibus gentilibus multitudo magna, & mulieres nobiles non paucæ.
5. Zelantes autem Iudei, assumensque de vulgo viros quosdam multos, & turba facta concitaverunt Civitatem, & assistentes domui Jasonis querebant eos producere in populum.
6. Et cum non invenissent eos, traherant Jasonem, & quosdam fratres ad Principes Civitatis, clamantes.



- clamantes, Quoniam hi qui urbem concitant, & huc venerunt.
7. Quos suscepit Iason, & hi omnes contra decreta Caesaris faciunt, Regem alium dicentes esse Jesum;
8. Construxerunt autem plebem, & Principes Civitatis audientes hac.
9. Et accepta satisfactione a Iasone, & a ceteris dimiserunt eos.
10. Fratres vero confestim per noctem dimiserunt Paulum, & Silam in Beream. Qui cum venissent, in Synagogam Iudeorum intraverunt.
11. Hi autem erant nobiliores eorum, qui sunt Thessalonica, qui susceperunt verbum cum omni aviditate, quotidie scrutantes Scripturas, si hac ita se haberent.
12. Et multi quidem crediderunt ex eis, & mulierum gentilium honestarum, & viri non pauci.
13. Cum autem cognovissent in Thessalonica Iudei, quia & Berea predicatum est a Paulo verbum Dei, venerunt & illuc commoventes, & turbantes multitudinem.
14. Statimque tunc Paulum dimiserunt fratres, ut iret usque ad mare, Silas autem, & Timotheus remanserunt ibi.
15. Qui autem seducebant Paulum, perduxerunt eum usque Athenas, & accepto mandato ab eo ad Silam, & Timotheum, ut quam celeriter venirent ad illum, profecti sunt.
16. Paulus autem cum Athenis eos expectaret, incitabatur spiritus ejus in ipso videns idololatria deditam Civitatem.
17. Disputabat igitur in Synagoga cum Iudeis, & coelestibus, & in foro per omnes dies ad eos, qui aderant.
18. Quidam autem Epicurei, & Stoici Philosophi disserabant cum eo, & quidam dicebant, Quid vult seminiverbis hic dicere? Alii vero, Novorum demoniorum videtur annuntiator esse, quia Jesum, & Resurrectionem annuntiabat eis.
19. Et apprehensum eum ad Areopagum duxerunt, dicentes, Possumus scire qua est haec nova, qua a te dicitur, doctrina?

- 20. Nova enim, quaedam inferi auribus nostris, Volumus ergo scire quidnam velint hac esse.
21. Athenienses autem omnes, & advena hospites, ad nihil aliud vocabant, nisi aut dicere, aut audire aliquid novi.
22. Stans autem Paulus in medio Areopagi, ait, Viri Athenienses per omnia quasi superstitiones vos video.
23. Prateriens enim, & videns simulacra vestra, inveni & aram, in qua scriptum erat, Ignoto deo Quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuntio vobis.
24. Deus, qui fecit mundum, & omnia, que in eo sunt, hic Caeli, & terra cum sit Dominus, non in manu factis templis habitat.
25. Nec manibus humanis colitur indigens aliquo, cum ipse det omnibus vitam, & inspirationem, & omnia.
26. Nec itaque ex uno omne genus humanum inhabitare super universam faciem terre desinens statuta tempora, & terminos habitationis eorum.
27. Querere Deum, si forte attulerint eum, aut inveniant, quamvis non longe sit ab unoquoque nostrum.
28. In ipso enim vivimus, & movemur, & sumus, & quidam vestrorum Poetarum dixerunt, Ipsius enim & genus sumus.
29. Genus ergo cum sumus Dei non debemus estimare, auro, aut argento, aut lapidi, sculpture artis, & cogitationis hominis Divinum esse simile.
30. Et tempora quidem huius ignorantia despiciens Deus, nunc annuntiat hominibus, ut omnes ubique poenitentiam agant.
31. Eo quod statuit diem, in quo iudicaturus est Orbem in aequitate, in viro, in quo statuit, fidem praebens omnibus, suscitans eum a mortuis.
32. Cum audissent autem Resurrectionem mortuorum, quidam quidem iridebant, quidam vero dicebant, Audiemus te de hoc iterum.
33. Sic Paulus exiit de medio eorum.
34. Quidam vero viri adhaerentes ei, crediderunt, in quibus & Dionysius Areopagita, & mulier nomine Damaris, & alii cum eis.

ARGUMENTUM.

Philippis egressus Paulus cum suis sociis ascendit ad Thessalonicam, ubi multos adduxit ad fidem, & cum multam persecutionem pateretur a Iudaeis, abiit Beream, inde Athenas, ubi invenit aram consecratam ignoto Deo; Demonstrat verum Deum esse Jesum Christum, ubi multos convertit ad fidem, & inter eos Dionysium Areopagitam.

Act. 17. n. 1. Cum autem perambulassent Amphipolim, & Apolloniam, venerunt Thessalonicam, ubi erat Synagoga Iudeorum.

Versiones. CUM EXPOSITIONE I. usque ad Vers. 5.
Vers. 1. Cum autem perambulassent, Syriacus. Exierunt scilicet a Philippis, Et intraverunt per Amphipolim, quae est Civitas Macedoniae vicina Philippis, sic dicta, quia aquis, seu fluvij undique cingitur, de qua agit Plin. lib. 14. c. 10. Abrahamus Ortelius in Geographico ait appellari hodie Empoli. Apolloniam est alia Urbs vicina Macedoniae, seu Thessalonicae, de qua Volaterranus lib. 8. fuerunt

ferè viginti quatuor Civitates hujus nominis. Thessalonicam, quae numeratur inter primas Civitates Macedoniae, sic appellata ob insignem victoriam quam de Thessalis ibi obtinuit Philippus Macedo de qua Plinius, & Volaterran, citati Hodie dicitur. Solonichi.
Vers. 2. Secundum consuetudinem Arabicus. Pro more solito suo Paulus intravit ad eos, & quamvis raulus saepe fuisset a Iudaeis vexatus, lapidatus, ac persecutus, ut notant Chrysol. Oecumen. tamen ejus charitas nullo minuebatur, ac frangebatur labore. per tria Sabbatha continua, in quibus Iudei solebant convenire in suis Synagogis, docebant Jesum Christum esse verum Messiam, ac filium Dei.
Vers. 3. Aperiens, & insinans, Syriacus, Dum ostenderet, & explicaret, Arabicus: Aperiens illi sensum eorum, & pandens arcana, Ethiopius, Praeoccupans

Syriac. Plinius. Ortel.

Plinius. Volaterran. Arabic. Chrysol. Oecum.

- Praeoccupans eos hac doctrina. Pagninus, Tygurina: Allegans Scripturas, explicans, ac declarans eorum legitimum, ac verum sensum sua sublimi doctrina praecoccupans, ac dissolvens omnes objectione: & contradictiones Iudeorum, ostendens oportere Christum pati.
Vers. 4. Et quidam ex eis crediderunt, scilicet ex Iudaeis, de quibus immediate antea agitur. Et de coelestibus gentilibusque multitudo magna. Syriacus Multi ex Gracis, qui timebant Deum. Arabicus Multitudo copiosa haud ex Graecorum. Ethiop Multi fratres Religiosi fideles ex gentibus, ac proinde isti gentiles erant profelyti, qui ex gentilitate fuerant conversi ad iudaismum, & ideo coelentes Deum, & in lectione ex hiopica dicuntur fratres ac proinde ex Iudaeis fuerunt aliqui conversi, tamè ex gentibus multo plures, ut notant Beda, historia Ecclesiastica, Lyranus, Carthusian. Hugo, Et mulieres nobiles non paucas: Fecit D. Lucas mentionem de viris, nunc de Mulieribus, quae sunt valde pronae ad pietatem.
Vers. 5. Zelantes autem Iudaei. Syriac. Commoti sunt invidia videntes Iudaei, quod multi ab eis recedebant, & fidem Christianam suscipiebant: Assumentesque de vulgo viros malos. Syriac Adjunxerunt se eis homines scelerati ex compitis Civitatis. Arabic. Assumpserunt quosdam nudinarios homines pessimos, ac flagitiosos. D. Chrysol. Assumptis quibusdam forensibus viris malis. Ad se advocaverunt viros pessimos forenses, qui erant in foro data pecunia ad bajulandas ac preparati ad omne nefas. Confutaverunt adversus domum Iasonis, qui quidem erat vir bonus, & Christianus, in cuius domo Paulus, & Syllas hospitabantur, de quo q. 2.

QUESTIO I.

Quare Paulus ingrediens Synagogas totum ejus studium erat disserere, & explicare Scripturas?

Ingressus Paulus Synagogas disserabat de sacris Scripturis, eas expendens, & explanans, insinuans scientiam Scripturarum Illogica esse deinde amplectendam, ac charitatem inflammandam, & ad mores pie colendos. Inde ait D. Chrysol. hom. 37. in Acta: Paulus, & Silas bene quando vacabant, hoc & Christus faciebat, multum de scripturis disserens, unde alta, & divina Providentia cum Christus ingrederetur Synagogam, traditus est liber Isaiae Prophetae, Luc. 4. n. 16. ut explicaret.

- Unde ipse Christus D. dicebat. Joan. 5. num 39. Scrutamini Scripturas, ille sunt, quae testimonium perhibent de me. Commendat Divinus Magister studium assiduum in hoc libro Scripturam versando, nec monet, ut legant simpliciter, sed ut lectitè exacto scrutinio, & alta, profundaque ruminacione. D. Chrysol. homil. 40. in Ioan. ait: Non dicit legitè, sed scrutamini: Divina enim summa indigent diligentia, & ut ait ipsemet Chrysol. homil. 31. in genesim. Cum libris evolvendis mens pie affecta studet per illud tempus ab immundarum cogitationum illecebris liberatur. De his dixi multa opusculo primo de sacra Scriptura, ac ejus magnis emolumentis.
9. Apparet Aeternus Pater in Apoc. cap. 5. n. 6. In dextera sedentis super thronum librum scriptum intus, & foris. Ipse est ille supremus Dominus de quo Sapiens. Prov. 3. n. 26. ait: In sinistra ejus divitiae, & gloriae, de ejusque dextera ait moyses, deut. 33. n. 2. In dextera ejus lignea lex, & divinus Agnus cum

7. Sacra Scriptura informat mores, inflammatur charitatem. D. Chrysol.
8. Joan. 5. Scripturae multa meditatione legenda. D. Chrysol.

habet ante oculos qui Aeternus pater haberet in dextera, ac sinistra contemptis divitiis, & gloria, librum tantum expetit, & accipit: Et venit, & accipit de dextera sedentis in throno librum, n. 7. Optime agnoscebat Agnus innocens legum sacrarum Codices moribus excolendis valde peritiles esse, indeque omnibus praefereandos, praclare Rupertus lib. 4. in Apoc. sic ait: Notandum est, quia veniens Christus in hunc mundum nihil divitiarum, ac gloriae accepit de sinistra, sed tantummodo librum sive legem igneam accepit de dextera. Haec una tam Christo D. erat cura sacrum librum sepe habere in ore, illumque explicare, ac declarare; sic pergit citatus Rupertus. Tantummodo meditari in lege Domini tantummodo librum dignatus est accipere, sint endens aperire illi & explicare. Ex quo aperte insinuat, quam nobis utilis sit scientia ex sacro libro petita.

Pergit sacer Textus citato cap. 5. n. 8. quod cum Divinus Agnus aperuisset librum, quatuor animalia, & viginti quatuor Seniores ceciderunt coram Agno & habebant singuli cytharas, & phialas aureas plenas odoramentorum, quae sunt orationes Sanctorum, & cantabant quasi Canticum novum. Consideremus singula in magnum nostrum documentum: Cum Agnus aperuisset librum, quatuor animalia, ac viginti quatuor Seniores nos representantes, tamquam bene instructi sacra Scriptura ipsum agnum Christum Jesum adorant, ut verum Deum, habentes cytharas tonantes per totum Orbem praedicatione Evangelica, ut explicant Viegas, & alii: Et phialas aureas plenas odoramentorum, per quas interpretantur corda, ac mentes, Glossa Interl. Rupertus Beda, richard de S. Victore, Carthuf. Hugo, plenas odoramentorum sanæ, & verè doctrine, quae dat suavitissimum odorem; Quae sunt orationes Sanctorum quia ex ipsa doctrina sacrae Scripturae componuntur, ac consonantur orationes Sanctorum d. Ambr. ibidem: Seniores cadunt coram Agno, cum per meditationem divinarum Scripturarum considerantes immensam Dei clementiam, humiliant se in conspectu creatoris sui, & quanto sese per humilitatem deiciunt, tanto magis in ejus amore exardescunt. Et cantabant quasi Canticum novum ob multas rationes a me datas tom. 1. in Apoc. c. 5. q. 25. n. 124. & 125. Vel etiam, quia in sacra Scriptura, si multa indagine, ac meditatione ob profunditatem, & altitudinem misteriorum versetur, sepe multa nova tamquam in locupleti thesauro inexhausto inveniuntur, ideo multo studio in ea incumbendum, ut docet D. Basiliius ad cap. 1. Isaie. Vide multa in Sybillario verbo Scriptura.

QUESTIO II.

Quare turba Civitatis circumstat domum Iasonis, & quisnam esset ille?

Ab hoc secundo incipio Et quisnam esset ille Iason, de cuius vita ac moribus aliqui Expositores late agunt breviter tamen dicendum, quod apud illum hospitabantur Syllas, & Paulus utpote familiaris, ac etiam cognatus Pauli, & Christianus qui ut ait Beda, conversus fuit a Paulo per tria Sabbatha in Synagoga Thessalonicensi dicente Apostolo, ac manifestante ex Scripturis Christum D. de quo dictum est hic vers. 2. de hoc, ut voluit Sixtus Senens. Genebr. Baron. facit mentionem Apostolus rom. 16. n. 21. Salutat vos Timotheus adiutor meus & Lucius, & Jaso, & Sosipater cognati mei. Qui cum Paulo, & Thessalon migravit Corinth. In Catalogo

12. Beda. Quisnam esset Iason?
12. Senens. Genebr. Baron.